

Parenesis heinrici bebe

lij Justingensis ad sacerdotes pro studio sacrarum literarum et utilitate huius operis.

Disce sacros libros christo deuote sacerdos:

Mystica sit fidei noscere cura tibi.

Pellege que veterum decreta fidelia patrum/

Admoneant fieri dogmata christigeni:

Instruere ut possis populū: quo tramite pergens/

Scandat in eternas stelliferasque domos.

Pasce tuos agnos celestis nectare dulci

Doctrinē: et fidei sana alimenta dato.

Nam si triste lupus stabulis disperferit agnos:

Dis comes accedes regna tremenda stygis.

Disce sacros libros christo deuote sacerdos:

Mystica sit fidei noscere cura tibi.

Nec precor: admittas videntes pectora nūmi

Retineant studium possideantque tuum.

Nūmi quos releuent potius per inania ventis:

Quā perdant animā: progeniesque dei.

Disce sacros libros christo deuote sacerdos:

Mystica sit fidei noscere cura tibi.

Sed fuge mortifere veneris mollissima castra:

Nec studium meretrici imperiosa regat.

Huius item comites fugias periuria rixas:

Ebrietasque procul cedat: et omne nefas.

Disce sacros libros christo deuote sacerdos:

Mystica sit fidei noscere cura tibi.

Nec te sollicitent summis in montibus vrsi:

Et vos siluestres ruricoleque fere.

Apostrophe ad presens opus.

Quid facies igitur: diuina volumina patrum/

Sensaque pellegito: que teneriste liber.

Inuenies etenim que sancta salubria docta

Effundat gabriel dogmata rite tibi.

Quod si non surdus patulas si aduerteris aures:

Atque frequens studiis inuigilare velis.

Nec preceps unquam facile es casurus in vllum

Errorē fidei: hereticamque lucem.

Et tibi subiectos sana ratione gubernes:

Tandem quid fugias: quid ve sequaris habes.

Duic grates referas Gabrieli lector amice:

Qui tibi tanta tulit munera tanta dedit:

Ingenio nunquam proprio confusus. At ille

Daud unquam laudis ambitiosus erat:

Composuit. sed que longis ambagibus essent

Hincinde a doctis euigilata sophis:

Nullius offendens nomen: veneratus honore

Dirifico: cunctos qui docuere fidem.

Et Tubingen. ix. Kalendas.
Maias. Anno. 1501.

Zelos.

Ad collectorii huius lectores oratio

soluta Evendelini Steimbach sacre theologie professoris.



Admirantur (ni fallar) plurimi quod tantillus ego aggrediendam mihi hanc provinciam destinauerim: ut lucubrationes sententiosas venerabilis et eruditissimi magistri Gabrielis Biel sacre theologie licenciati ad commune studio fori profectum et oblectationem exire pro virili faciam. En audeo dicere quisquam: quia temere et forte quadam aut arrogante cupiditate id fiat. Sed temeritate ratione: forte destinatione: arrogantia sine iusto exterminare oportunitate est: pro digna collectoris laude et iusta meipsum defensione.

Siquidem eius semper fuit iudicium: nulla in re magis elaborandum fore quam ut ab animi nobilitate per desidia atque socordiam a vere sapientie gustu prostante arrogantia nullo pacto quis degeneret. Idque sibi potissimum tenuit ut vni decemque posset verum animi cultum et multigenarum artium disciplinas compararet. Procul itaque et de vltimis finibus vere humilitatis fundamenta habere curauit: que precesse honestatis specimen ac sanctimonie puritate preferendo profanas aurium laudes pomposeque vacationis scoria in exterminium usque propulere: horrore sibi fuit et inquietudini maxime: talismodi verborum phaleras pati que vanitate afflant: et charitatem lacerant: honori suus primorum salus inuidiosum fortasse verbum: sed his compertum qui eum intus et foris (ut vulgo dici solet) explorauerunt. Hinc diu non inemor: Gregorius apostolici suos quos edidit libellos: dum adhuc in humanis vitam duceret: vere humilitatis amore in luce prodire vetuit. Daud quod inuidie stimulis punctus fraternum horrebat profectum: qui omnibus oia fieri (cum apostolo) cunctis posthabitis anhelato sitiuisset spiritu. Quin potius quia totus humilitati deditus supellectilem propriam penulam et laceram iudicare non erubuit. Et in comparatione aliorum sua nil esse clamitauit. Exemplo prefati viri sanctissimi mihi qui Innocentio aphrice prefato scribens ait. Quod expositione sancti Job vobis transmitti voluistis: vestro studio congaudemus. Sed si delizioso cupitis pabulo saginari: vestri copatriote Augustini opuscula legite: et ad comparationem illius similitudinis nostrum furtum non queratis. Certe dixerim et alta mente repostum teneo: que amaras et indignas ab eo verborum suscepi glebas: que totus stupui: et tabens pallui: dum nunquam satis pro meritis laudem datam sacri canonis misse expositione: quam in nostro Tubingen. edidit gymnasio: tunc imperfectam prolus eo incio et irrequisito me in mundum destinasse ac impressorie multiplicationi commendasse facto copertum. Indignum censuit se huiusce operis titulo decorari: eo quod de suis (ut inquit) nulla vel minima: sed que a maioribus digesta copertum: calamo designauit: errata (siqua sunt) ignorantie proprie: bene dicta vero maioribus humiliter spiritu dedicando. Sic sic que egit magnalia quasi nulla pensauit: cum illustrium virorum et doctorum facta rationis trutinam librauit. Opere didicit et sermone illud Hiero. sup Malach. c. iij. Si quis doctus in lege potest alios erudire: non debet sibi attribueri: sed primum gratias agat deo a quo oia: deinde sacerdotibus ac magistris a quibus doctus est: alioquin penuria maledicet. Si autem largitorem deum intellexerit: et his pro quos a deo eruditus est: se humiliauerit: et in horreum dei cibos intulerit. i. scripture alimenta populis ministrauerit: madabit deus nubibus suis ut pluant super eum imbrē: increpabit etiam pro eo contrarias potestates: nec erit sterilis vinea in agro: sed afferet ei iocunditatem. Et tanta ex humilitatis merito consequet beatitudinem: ut omnes gentes: et cuncte pro circuitum nationes dicant eum beatum: atque in terra: id est doctrina seu fertilitate doctrine illius desiderent habitare. Nec ille. Quod iocundissima psalterij cum cithara sonantiam: qua potens facti qualitas tollit ad astra. Sapientia fat dictum esse reo: salua pace omnium. Claret deo teste et hoie: que sacras

rum scriptum non minime gnarus / docturus in lege domini / diuino flammam / maioremque accurate adiuuacioni laudes dedit et
gras cecinit: quod cum pauperula vel saltem aliquid alimendi litterarum in domini horreum ferre potuit. **E**ap: propter madavit do-
minus nubibus suis ut pluat super eum imbrem gratiarum: quod habenti dabitur et abundabit. **E**ntisque postergatis pos-
testatibus contrariis: tanta ex humilitatis merito / nactus est benedictionem: ut cuncte per orbem nationes / doctrinarum suas
rum imbrem profundum cupiant. **C**um enim post retroactos labores / etiam profati canonis epitoma: quod secum dulci ludens con-
templationis susurrus: iam grandeuus ediderat. **S**ermo longum quoque magnopere pensandum / e suis ad populum **M**o-
guntinum est alibi declamationibus elaboratum chalcographorum effigiationi pro viribus ut potui adaptassem quietis
avidus: et modicitatis mee non inscius: statui a cellis manus condonare. **V**erum importune opportunumque lacessitus /
precipue non floccipendari instans / pressus / opportunum iudicavi: iterum atque iterum (preteritis posthabitis) rem arduam
et difficilem nimis fractis humeris experteque nullitati prope impositam suscipere: cuiusque super sententias collectorum
et ipsi semetipsum: titulum prenotauit humilem / promissis: licet imperfectum adunare. **C**erte coram deo dicere ausim: spiritus
promptus est: caro autem infirma: ut validudine ex retroactis laboribus vix redimam. **V**elle mihi adiacet: posse non in-
uenio: labor ingens: virtus exigua. **I**taque angustis strictus / vndique quid eligerem ignorabam. **E**xpertus enim didici quod
operosus / quod giganteas res ille efflagrent vires. **H**inc non ab re timere habui timore vereri debui si tam numerose hominum suasioni
pueriles humeros maiestati tante subegero. **R**egione vero non minus vereri debui si tam numerose hominum suasioni
repulsam darem: ne opus tantum multis elucubratis laboribus non visum: non absterfum: non castigatum: non summatum
sed truncatum: sed mendosum: sed vitiatum: sed nullitati deditum aliorum industria in lucem prodeat. **A**d cuius prohibitionem
nem me collectorum / propterea voluit deuotioni sponcione debita. **A**d iurauit enim me in altera vice / et super preteritorum non in me-
mor: ne huiusce collecta sua impressioni tradam aut tradam sententiam: nisi per me visa et lecta / iudicata fuerint ecclesie non
obesse sed prodesse. **C**redens itaque ego vandelinus steinbach inter sacre theologie professores ac Tubingensis
gymnasii ordinarios minimum / preceptoris mei (cui perpetuo me deuoti officio) collectorum resolutum et clarum verborum
stemate strictum: sed sententiarum pondere grauidum / complectens plurima paucis / ecclesie fidelium non obesse: sed prodesse
posse plurimum: post ea que nunc amplectitur donaria plurima: opulentissimasque sacrarum harum copias statui. **N**on tem-
mere: sed ex ratione. **N**on casu: sed animi iusta destinatione. **N**on arroganter: sed humiliter idipsum domini dei gazophyla-
ric per fidei orthodoxe illustratione alacriter et absque rubore: sed non sine inspirato labore destinare. **C**onperiet lector
collectorum ipsum veluti apem argumentosam: ita proscorum viros illustri aluearia sacrosancta plusquam. **H**ugonis
de sancto victore. **P**etri lombardi. **A**lexa. sanctorum **B**onaueni. et **T**ho. **R**ich. **S**co. **D**uradi. **P**alud. **O**clam. **D**ollrot.
Srego. **A**d. **S**yta. **C**ameracen. et aliorum per humana fert validudo. **I**ta inter novos et veteres theologos sese
mediu possuisse: quod nec illorum simpliciter spreuerit maiestatem: nec horum magnificam horruerit subtilitatem. **H**inc factum est ut
dum alteros imitari studuit: vtriusque generis optima decerpserit. **E**st enim inuenire apud singulos insigne aliquid et pre-
cipuum quod non sit commune ceteris. **N**ec potest ex oibus sibi recte prouinciam delegisse propterea: qui oes prius familiariter et
in saltu quodam non agnouit. **T**urpe quoque est theologo vnus se theoro maritasse inuisis alijs: qui et ipsi celso lucet
ingenio. **A**gere itaque oportet collectorum gratias ingentes pro eo quod sacrarum litterarum avidos / suarum lucubracionum
fecit participes. **A**lium profertim in quibus et disputandi subtilitas: et multiplex veri de tenebris eruta cognitio faci-
le patet. **Q**uorum alterum ingenium: alterum diligentie laudem habet. **V**ale itaque lector: vale: et ei cuius opera effectum
est: ut Sabielem habeas eliminatum / atque castigatum (nisi chalcographus oberraret) orationum vicissitudines redde.
Ex Tubingensi gymnasio. Anno. 1501.